

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Honestissimo uiro, D. Hieronymo Stauden, in oppido Stendaliae, amico &
conterraneo charissimo

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

Flori me commenda. Data decimo sexto Iulij, Anno 1554.

Honestissimo uiro, D. Hieronymo Stauden, in oppido Stendaliæ, amico & conterraneo charissimo,

S. D. Hunc Magistrum Ioannem Francum mitto ad uos, ut audiatur in Ecclesia Vuerbenſi: quia spes est fore, ut ipsi ea Ecclesia comēdetur. Vir honestus, & satis doctus est: & antea biennio fuit in ministerio Ecclesiastico in Bernburg. Postea ad Academiam redijt, confirmandæ eruditionis causa: et coniugem habet, & filium. commendo uobis hominem. De D. Erasmo Albero scitote, eum proficisci ad Francos. uocarunt enim eum Rotenburgenses. Mitto uobis exemplum meæ Epistolæ, missæ ad N. qui Francofordiæ satis duriter in nostrarum Ecclesiarum concionatores inuectus est. habet fortassis suum theatrum, cui dulce est audire cōuicia quibus nos laceramur, qui tamen neminem in Marchia lesimus: fortassis erga alios etiam officiosi sumus. Sed hoc quoq; (Deo iuuante) Patri Domini nostri Iesu Christi commendo: quem oro, ut seruet & regat Ecclesiæ suæ reliquias: ut certè faciet.

Bene ualete: Die Palmarum.

Philippus Melauchthon.

Reueren-